



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis quadragintasex martyribus. Cap[itulum]. cvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse octobris occurrētibus. Fo. cclij.

et contra iterum fluminis sine reimo vel remige deo duce ad locum sibi ostensum peruenierunt: et sanctorū corpora sine villo pondere portātes: ita vt magis ipsi a corporibus portare viderentur: in quodam eorum Tugurio secreto sepesterunt: vbi persecutōne cessante honor eis a christianis condebitus impensus est: et Basilica eorum nominibus fabricata.

De sanctis quadraginta sex
martyribus. Cap. cvij.



Quadraginta sex milites romae passi sūt sub claudio imperatore: qui audieres: q̄ tryphonia regina quōsdam vxor: decij ad christum cū filia cyrilla conuersa esset: vt dictum est supra in legenda sc̄te tryphonie decimoquin-

to kalendas nouemb̄ris. Tenerunt ad iustiniū presbyterum: et ab eo baptismi gratiam petierunt: qui clerum romanum congregauit: vt ordinarent episcopum vrbis rome in locum sancti Sixti pontificis martyrisati: qui omnes Dionysium papam elegerunt: ipsumq; per manus martini episcopi ostensis consecrari fecerunt. Consecratus autem dionysius baptizauit p̄dicatos milites quadraginta sex a iustino presbytero sibi oblatos. Audies hoc claudius: iussit teneri milites et virginem cyrillam olim decij filiam: et congregato exercitu armato in palatio salustij mandauit. xlvj. milites sibi presentari. Quos christum confitentes precepit foras muros porte Salarie duci: et in ciuitate siglina omnes capite cedi. Quorum corpora iustinus et iohannes presbyteri noctu rapuerūt: et in via salaria intra cluuium cucumeris cum alijs. cxxi. martyribus sepeluerunt. viij. kalendas nouemb̄ris. Inter hos autem fuerūt quatuor milites christi precipui: scilicet theodosius: lucius: marcus: et petrus.

De sancto Ninyare martyre. Cap. cvij.



Ninyare martyr passus est sub persecutione decij cesaris apud florentinā ciuitatem. Ad quā dum decius peruenisset: ninyatem tentū: et sibi presentatū: ac sacrificare nolentem: leopardo ferocissimo subici fecit: sed ozante sc̄to fera extincta est. Deinde ipsum nudū oleoq; perunctū in fornacem ardentem mitti iussit. Angelus autē domini vt olim cum tribus pueris cū eo descen-

dit: et flammā extingit: et sanctus illeus omnino permansit. Tūc decius leonē ei adhiberi precepit: sed signo crucis edito leo interijt. Deinde mandauit eū in equuleo leuari et diuti⁹ torqueri: et postmodum inde deponi: subdeq; ligneas acutas sub ungulis manū ipsius affigi. Qui ab angelo cōfortatus oīa supplicia patientissimē tolerauit. Post hec iussit decius plumbum liquefactum eius auribus instillari. Cui tamē ipse christus in iuuenis specie candida veste: vt sol facile fulgens apparuit: eūq; consolatus ad tolerantia cōstantius animauit. Unde mandauit cesar aures illius ferro perforari: sed apprente iterū ei angelo quidā ex ministris eū videns cōuersus est. Demū decius ninyatem ad templū martis adduci fecit: et eidē auri et argenti ac gemmarū quātitatē non modicā obtulit: si sacrificare veller: eo q̄ ipsum antiqua amicitia plurimū dilexisset. Dum autē oīno imolare recusaret: iubente cesare decollatus est. viij. kalendas nouemb̄ris. Et sepultus est a xpianis in ciuitate florentia. **S**anctus phridianus episcopus florentinus ecclesia ninyaris martyris tras stumen arni positā sepius visitabat. Cum autē die quadā inūdatione nimia flumen nauis trāsiri nō posset: et naute quidā ultra flumen existerent: sanctusq; ep̄s transire curaret: nauteq; illi periculo postposito: beari martyris confisi meritis ad episcopū transuadandū venire disponerent subito se citra flumen inuenerūt: et episcopum transportātes sine periculo fluitū transferunt. Tunc sanctus episcopus eidē per spiritū nunciavit ciuibus illis hoc a deo sanctū ninyatem obtinuisse: vt nemo in aqua illius fluminis nec cari posset. Quod vsq; hodie ita extitisse refertur: vbi postmodū ecclesia in honore sancti phridiani episcopi fabricata est.

De sancto Frontone ep̄o. Cap. clx.



Frontone episcopus apud petragoreā. ciuitatem claruit. Qui et eadem vrbe oriūds: a iuuetute deo deuot⁹. Rome a beato petro baptizatus: et episcopus ordinatus: ad eandē ciuitatē cū gregorio presbytero ad predictū cadū missus est: vix post dies tres itineris mortuo gregorio: fronto ad petrum redijt: acceptoq; ipsius baculo super corpus defuncti illum posuit: et socium excitatū de morte recepit. Sicut de hoc supra dictus est in passione petri apostoli tertio kalendas iulij. Veniens autē fronto ad ciuitatem petragoreā verbo et exemplo multos ad christi fidem conuertit: et. lxx. monachos ibidem ad seruendum domino cōgregauit. Sed a prefecto ciuitatis squirto nomine: persecutiones passus est: